



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 89. Regulæ de electione futuri Pontificis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A.C. 1439.

§. XXXIX.

Regulæ de electione futuri Pontificis.

*Æn. Sylv.
de gest. conc.
lib. 2. in
fascic.*

Refert ille, in quadam Congregatione præprimis inter Basileenses conclusum esse, ex corpore Concilii triginta duos assumendos, qui unacum Cardinale Arelatensi conclave ingressi, novum Papam eligerent: Guilielmum tamen Archidiaconum Metensem aliam proposuisse viam, quæ ceteris quoque arrisisset, cum primam eligendi normam gravioribus obstaculis obnoxiam sentirent. Hujus ergo opinio esset, tres ex Synodo viros designandos, quibus novi Pontificis electio tuto committi posset; horum autem sententiæ omnino accedendum a reliquis; seligendos esse pro Triumvirorum istorum officio, Thomam Abbatem de Dunduno in Scotia, ex Ordine Cisterciensium, Joannem de Segovia, & Thomam de Curcellis Canonicum Ambianensem, omnes Theologiæ Doctores, quibus liberam etiam concedi facultatem petebat alios viginti novem nominandi, qui unacum illis ad Pontificis electionem concurrerent, ita tamen, ut omnium horum designatorum notitia nemini pate- ret, sed nonnisi pridie ad ingressum Conclavis manifesta fieret.

Igitur

Igitur tribus istis, ut supra diximus, Sæcul. XV. A.C.1439,
 nominatis plena data est potestas, eum, quem ceteris digniorem judicassent, in
 Papam eligendi, simulque alios juxta præ-
 stitutum numerum secum assumendi ele-
 ctiores, qui eandem cum ipsis potestatem,
 atque auctoritatem haberent. His ita
 dispositis, in quadam Congregatione Ge-
 nerali hac super re habita receptum est
 a prædictis tribus juramentum, quo sese
 adstringebant, ut nonnisi dignos nomina-
 rent. Interea cum hæc tractarentur,
 percrebuit fama, Basileam cessante lue
 reviviscere, ibidemque serio agi de Pon-
 tifice quantocius eligendo. Rei novi-
 tas Viros numero ac dignitate præclaros
 ex diversis Regnorum finibus, multosque
 Prælatos Basileam accivit,

§. XC.

Sessio XXXVII. Basileensis Synodi.

Tres ergo illi sic nominati, quos *Æneas Sylvius Triumviros* Labbe Cono to. 13. p. 623. Et 224. appellat, die vi-
 gesima octava Mensis Octobris in Asce-
 terio FF. Minorum convenerunt, Sessio-
 nem trigessimam septimam celebraturi.
 In ea omnia impedimenta hucusque op-
 posita, vel imposterum opponenda, quæ
 futuræ electioni adversari possent, nulla
 ac irrita declarabantur, decretumque, ut

Pon-
 egatione
 conclu-
 triginta
 ardinale
 rum Pa-
 nen Ar-
 opolis-
 arrifflet,
 graviori-
 t. Hu-
 Synodo
 Pontificis
 rum au-
 um a re-
 virorum
 atem de
 stercien-
 Thomam
 nensem,
 ous libe-
 petebat
 qui una-
 em con-
 ium ho-
 ini pate-
 um Con-
 Igitur